



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

12 de Successione Collateralium vltioris gradus, quam fratrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

niantur tantum correcte. Quodque non inuenitur emendatum, stare non debet prohiberi, *l. sancimus, C. de test. l. precipimus, C. de appell. cum ex. edit. eod. apud Gregor.* Attamen si ita utrum esset, ut filii excluderent sorores: quia verba statuti sunt stricte intelligenda, spurius non excluderet sororem legitimam in successione, etiam si is legitimatus esset, *Guillelm. Bened. ad cap. Raynuius, ad ver. duas habens filias, num. 146. 147. de test. Ludo. in l. si qui pro amore, de usufructu.* quia et si sit legitimus, tamen non est legitime natus, ex nuptiis videlicet iustus. Sed & Guillelmus Bened. et contra predictos Petrutium & Nicol. de Vbaldis resoluit, *id Ben. ad ver. Et uxorem nomine Adelasiam, num. 144.* spurius ex damnato coitu natus, veluti ex incestu, nefariove complexu, nullo modo alius nec inter se succedere posse: quia neque cognati, neque fratres nominari debeant, nec consanguinei, nec confobri: sicut nec quoad patrem vel matrem, nominandi sunt filii. *l. si. quibus mod. natur. eff. sui.* At si essent spurii plures eiusdem matris illi sibi inuicem succedunt, siue vnus sit naturalis, siue aliter sit naturalis & legitimus. *d. §. quibus de success. cogn. si. de leg. agn. success. d. l. si spurius, vnde cog.*

12 *¶* Ego *¶* certe iustitiam existimo sententiam consuetudinis generalis Gallie, per quam nec spurii succedunt collateralibus patris, vel matris. *Guill. Bened. in d. ver. Et uxorem nomine, nu. 148. 149. 150.* Et ita sublata est. si qua illustris, ad Offic. auth. licet. de natur. libe. C. Quis enim inter Christianos est, qui non sciat ex damnato a lege diuina coitu natos spurios, ex precepto, non machaberis? *Exod. cap. 20. Matth. 5. ad Ephes. cap. non machaberis, 2. quæst. 7. cap. meretricis, 3. 2. quæst. 4.* Et quia conuenit inter interpretes, ex damnato coitu natos non esse omnino collateralium matris successores, id ipsum de istis dicendum est inter Christianos.

13 *¶* Quare *¶* & in Gallia spurii seu bastardi, quia ipsi incipiunt progeniem suam & lineam, licet quidem testari, & heredes quos voluerint scribere. *Boer. in §. fin. de testam. in consuetu. Bitur. in consuetu. Aurelianen. tit. de successione, tit. 14.* & si filios habeant, ab intestato illos relinquunt heredes. Attamen si intestati decedat sine filiis legitimis & naturalibus, vel sine nepotibus vel descendentibus ex ipsis, non habent collaterales ex parte patris vel matris heredes, sed a fisco regis, vel domini iuridici locorum, ubi fuerint nati & domicilium habuerunt, & mortui sunt, *Guillelm. Bened. ubi sit. num. 151.* tanquam si bona essent vacantia. Et ita iudicatum Aresto Senatus Parisiensis 7. Septemb. 1545. *Pap. lib. 21. Rap. arest. tit. 3. arest. 5. & 6.* Norunt hanc honestatem Græci, quorum Archos Euclides auctor citatur Demosthene, aduersus Marchartum. *ora. pæd. v. ἀγνιστὸν εἶναι ἀγνιστὸν μὴτε πατέρα, μὴτε μητέρα, ἀπὸ τοῦ ἀγνοῦντος.* id est, spurio autem neque ius esto propinquitatis, neque item sacrorum, neque publicorum, ab Euclide pretore.

14 *¶* De *¶* adoptatis autem quid sentiendum est. & num succedant iure consanguinitatis & proximitatis si quæras, respondeo: ius familiaritatis & agnationis civile esse, sed agnationis, de legit. agnat. tut. iure per actum civilem adoptionis acquiri, *l. qui in adoptionem, 23. de adopt. P. & tolli, §. minus, de hered. quæ ab intest. deser.* Verum consanguinitatem, quia nexus est sanguinis & naturale ius, *l. si is qui, 4. de adopt. P. l. de suis & legit. l. iura sanguinis, de reg. iur.* per adoptionem non posse acquiri. At quia lex adoptatis iura consanguinitatis in successione & alius actibus communicat, non vi significationis consanguinei, sed respectu civilis effectus dicuntur. *§. si nemo suus heres, ver. nec dubium, de legit. agna. succ. l. 1. §. fin. & l. 2. de suis & legit. P. l. 2. §. si sit; & l. si quis 7. ad Senat. Tertul. P.* Et qui adoptator illi dem agnatus est, quibus & pater agnatus: & legitimam eorum hereditatem consequitur. *l. 2. §. 2. de suis & legit. P.* Sed iudicium distinctione intelligendum est, nam qui in adoptionem dati sunt extraneo, & ideo non transferunt in potestate patris adoptantis, succedere non possunt collateralibus patris adoptantis. *l. cum in adoptione, §. sed ne articulum, de adoptio. C. Qui autem transferunt in potestate adoptantis, quod persone conuincit, dati sunt in adoptionem, succedere possunt ex eo capite, quod sit naturaliter coniuncti, §. nullum vero, de hered. ante ven. & si ex eo capite gradus naturalis non essent succedere, sed tantum ex gradu civili, tunc et adoptionis, possent, inquit Guillelmus Bened. in cap. Raynuius, ad ver. Et uxorem nomine Adelasiam, de off. §. num. 192. & 193. de test. agnatis patris adoptantis succedere, si adoptio ante soluta non fuerit emancipatione: non autem succedere possent cognatis. *l. qui in adoptione, de adoptio.**

¶ Disputat *¶* autem ex legibus Atheniensium Demosthenes in oratione aduersus Leocharem, pro Aristodemo propter quod Archiade, cuius petebat hereditatem, ex lege Solonis de ceteris adoptatis sine prole legitima, hereditatem redire ad proximos eius qui adoptat. a quo bona processerant, *δὲ δὲ, inquit, τοῦ Σόλωνος νόμου, ἐστὶ διαθήκη ἢ ποιητὸν ἢ τὸ ἐπὶ οἴκῳ, ἢ τὸν ποιητὴ ἐκ νόμου, οἷμα τὸ δὲ κατὰ νόμον εἰς ποιητὴν ὄντι τέρψ, ἢ γὰρ ὅτι οἱ περὶ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν βολὰς ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῖς νόμοις ἀκαλόβως πρὸς ἑαυτοὺς τῶν γνησίωνων, ὡς ὁ νόμος λέγει, οὐκ ἐπιπολλῶτο, εἴποι, ὅτι Σόλων εἰσὶν εἰς τὴν ἀρχὴν, ἔθεναι αὐτοῖς διαθήκας ὡς ἐθέλωσι, τοῖς δὲ ποιηταῖς, ἐν ἑξῆς διαθήκῃ ἀλλὰ τῶν ἐν γνησίωνων ἢ γνησίων ἐπαίνας, ἢ τελευτήσαντας ἀποδίδουσι τὴν κληρονομίαν τοῖς ἐξ ἀρχῆς δικαίοις ὡς τὸ ποιητὴν. id est, Solonis lex nec testamentum facere adoptiuum, nec legare ea quæ sunt in familia dum adoptatur, finit iure omnino. Nam auctoritate legum adoptato in alienis opes, non sic ut de priuatis rebus est statuendum: sed ex prescripto legum singula, ut prescripta sunt, facienda. Sicut lex ait. Qui non adoptati fuerant, cum Solon magistratum iniret, eis testamenti faciendi suo arbitratu, ius esto. Adoptatus vero suo ne testetur. Sed aut viuens relicto iusto & naturali suo, in famul. am redeunto, vel defuncti hereditatem primis cognatis adoptatoris restituunt.*

De successione Collateralium vltterioris gradus, quam fratrum.

C A P. 12.

- 1 Cognati post agnatos tantum lege 12. tab. ad successione intestati vocati.
- 2 Femina cognata & agnata quando, & quomodo ad hereditatem intestati admittitur.
- 3 Edictum, vnde legitimi, & vnde agnati, quæ id continet.
- 4 Cognatorum & agnatorum ex latere quomodo: igitur hodie successio intestati.
- 5 Feudorum ab intestato successio vsq. ad quem gradum.
- 6 Agnati vel cognati quando non succedant vsque ad decimum gradum.
- 7 Clericorum & ecclesiasticarum personarum ab intestato decedentium, ad quem pertineat hereditas.

Post fratres fratrumque filios, *¶* proximiores defuncti admittuntur ad successione intestati. Verum & ius antiquum a nouo distinguere oportet. Siquidem lege 12. tabul. post consanguineos fratres vel sorores, delata fuit tantum hereditas ad proximiores vel proximiores eiusdem gradus agnatos, exclusis cognatis, qui post agnatos tantum vocabantur. *l. de suis & legit. hered. §. 1. & sequ. de legit. agna. suo. §. si plures sunt gradus, eo. l. pronuntatio. 195. de verb. signi. Paul. lib. 4. recept. sentent. tit. 8. §. post suos, de success. cognato. l. ad intestati, §. C. de legit. hered.* Qui sunt autem agnati, docent Iustinianus, in *§. sunt autem, de legit. agna. tut. & §. sunt autem, de leg. agn. succ. l. 5. vnde legit. lib. 3. P. tit. 8.* & alii, *l. sunt autem, de legit. tut. l. Iurisconsultus, §. inter agnatos, de grad. b. affinita. P. l. inter agnatos, vnde legit. pro virilis sexus esse personas coniunctas cognatione, quales fratres ex eodem patre nati, qui & consanguinei patris fratris filio, fratres patruales ex duobus fratribus geniti, & reliqui eodem modo ex istis procreati. Qui autem per femininam sexus personas iunguntur, cognati tantum dicuntur, *§. at qui per femininam sexus, de leg. agn. tut. l. Iurisconsultus, §. cognationis, de grad. b. affinita.* ut amita tua filius non est tibi agnatus, sed cognatus, & tu illi: quia qui nascuntur, patris non matris familiaritatem sequuntur. Proximior agnatus dicebatur, habita ratione temporis in quo res ad intestati causam peruenit. *d. l. 2. §. interdum, & l. sequ. de suis & legit. hered. P. §. sunt autem agnati, de legit. agn. succ. l. 1. §. proximus, vnde cogn. P.**

¶ Sanciebat *¶* etiam lex 12. tabularum ut femina iure tantum consanguinitatis capiat hereditatem intestati, si sorores sint, vltimus non capiant: masculi autem ad eorum hereditates, etiam si in longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa fratris tui aut patris tui filia vel amita tua, hereditas ad te pertinebat, tua vero ad illas non pertinet. *§. ceterum, de legit. agn. suo. l. lege 12. tab. C. de legit. hered.* Et iure quoque sequenti tu illi heredes succedebant, ut agnata filia, excluderentur cognata. *l. consanguinitatis, 3. & l. patruo, 7. & l. in successione, 9. Cod. eodem.* Postea tamen alias cognatas prætor, ut antea diximus, ad hereditatem vocauit, ex parte edicti qua proximitatis nomine bonorum

